Sniezek quietat Romer

309 Constitutus personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Jacobus Sniezek a terris Palatinatibus districtibus iurisdictionibus suis quibuscunque propriis recedens iurisdictionique vero officii castrensis Premisliensis se submittens cum bonis suis omnibus in toto quo ad effectum praesentis inscriptionis incorporando et subiiciendo, sanus mente et corpore existens publice palam per expressum recognovit quia a Nobili Georgio Romer recepit et in manibus levavit summam centum et decem octo florenorum pecuniae monetae polonicalis per ipsum Georgium Romer sibi coram officio et actis castrensibus Premisliensibus feria sexta post Dominicam Conductus Paschae proxime praeteritam solvi inscriptam. Ideo itaque eiusmodi re receptionis summae praefatae centum decem octo florenorum pecuniae monetae polonicalis praedictum Georgium Romer et suos successores quietat et liberum facit perpetuis et aeternis temporibus. Inscriptionem vero eandem actis Premisliensibus cum omnibus eius inscriptionis conditionibus nec non omnem obligationem processum iuris ad eandem inscriptionem quacunque re non completa pertinentem obtentam ad extremum cassat mortificat obliterat sibi et suis successoribus ratione praemissorum cum tota eorundem summae quam pro ista [illegible] perpetuum imponendo silentium [illegible] recognitione mediante.

Porudenski tenetur Suski

310 Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus Premisliensibus generosus Petrus Porudenski a terris districtibus iuribus suisque quibusvis propriis foroque competenti recedens iurisdictionique vero officii castrensis Premisliensis se submittens cum bonis suis omnibus in toto quo ad actum et effectum totius praesentis inscriptionis attinet incorporando sanus mente et corpore existens ultro benevole per expressum recognovit quia a Nobili Andreae Suski [illegible] summam centum florenorum pecuniae monetae polonicalis singulum florenum triginta grossis polonicalibus computando certi veri liquidi debiti atque mutuatae pecuniae tenetur et est debitor.

Quam praescriptam summam centum florenorum pecuniae praedictus Petrus Porudenski tenebitur sese cum successoribus suis bonisque suis omnibus inscribit eidem Andreae Suski vel eo deficiente posteris eius dare in festo Conversionis Sancti Pauli anno proxime venturo hic in castro Premisliensi totaliter et plenarie dare solvere reponere relinquere non [illegible] sine quovis [illegible] arestare sub vadio similis summae centum florenorum pecuniae monetae polonicalis in casu non solutionis repositionis eiusdem summae pro praedicto tempore solutioni assignato ad solvendum per praedictum Petrum Porudenski aut successores eius eidem Andreae Suski vel posteris eius succumbendo. Quod vadium mox eadem die solutioni assignata atque quovis strepitu iuris in summam capitalem et essentiale debitum ducentorum florenorum pecuniae cedet et convertetur. Horumque vadii eiusdem summae essentiali [illegible] super bonis omnibus praedicti Petri Porudenski et successorum eius haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus summisque pecuniis omnibus habitis et habendis extendetur. Praeterea dictus Petrus Porudenski se cum successoribus super bonis suis omnibus haereditariis et obligatoriis inscribit et obligat hanc inscriptionem praesentem ex libris ad acta terrestria Premisliensia ad [illegible] transferre et transportare similemque vel si opus fuerit in libris recognitionem facere sub vadio summae originalis centum florenorum pecuniae monetae polonicalis pro quoquidem vadio in summam capitalem conversa summaque eadem principali vadione non transportandae inscriptionis succumbit. Sive praedictus Petrus Porudenski aut eo deficiente posteri eius eidem Andreae Suski vel successoribus eius [illegible] permiserit, tunc coram officio praesenti castrensi Premisliensi a terris districtibus iuribus suis quibuscunque propriis foroque competenti recedendo et eiusdem officii castrensis Premisliensis iurisdictioni et auctoritati se successores ac bonis suis incorporando in primo termino tamquam peremptorio stare parere respondere ac pro vadio ad summam essentialem [illegible] atque aliis omnibus [illegible] realiter satisfacere et [illegible]

pati tribus successoribus quibus tenebuntur terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes nulla re exquisita nec colore excogitato vera vel simplici infirmitatibus litis et decretis quibusvis regalibus in quemcumque sensum obtentis bellis colloquiis gallicis vel particularibus statutis novis vel antiquis laudatis et laudandis servicio militari Reipublicae et sacramenti Regiae intra et extra regnum absentia a regno, evocatione de terra et districtu expeditione bellis incursu hostium, aura pestifera legationibus, extra regnum interregno minorennitatibus successorum atque legalibus impedimentis quibusvis differrent, et excipient ad quietem mortificationemque praesentis inscriptionis ad eiectionem tam munimenta quam ac actione per maiori dilatione non petent, et decretis quibusvis tam in accessorio quam principali negotiis latis et factis nullas motiones cum appellationibus faciendas, neque ad persequendas easdem tam iudicem quam partem adiciendam poena trium marcarum pecuniae et trium poena vadia non evadendam exceptionibus fatalibus evasionibus suspensionibus praescriptionibus ac dilationibus quibusvis universis iuris quibusque remediis abrenunciando et in sibi cum successoribus in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque defectum recipiendum sui et suorum successorum sub quaestione totius causae vel litis vadii et vadiorum quo vel quibus solutis utique inscriptionem praesentem et in ea contentam satisfacere suis cum successoribus tenebitur totus quidquid opus fuerit. Nulla praescriptione terminis obstante

Orzel inscribit se Bieykowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Premisliensis Nobilis Lucas Orzel Nereden a terris districtibus iuribus iurisdictionibus foroque suo proprio quovis, et huic praesenti iurisdictioni se cum bonis suis omnibus incorporando sanus mente et corpore existens non compulsus neque coactus immo animo deliberato palam et per expressum recognovit quia se inscribit et obligat in et super bonis suis omnibus per eum ubicumque locorum habitis

et cuicumque iuri et iurisdictioni subiectis hereditatibus mobilibus et immobilibus summisque pecuniis quod Joanni Bieikowski de Bieikow Dapifero terrae Premisliensis causam et actionem per ipsum eidem Joanni Bieikowski coram officio praesenti castrensi Premisliensi pro vadio octingentorum florenorum pecuniae monetae Polonicae vigore inscriptionis terris Przeworscensis per praefatum Joannem Bieikowski eidem Lucae Orzel super summa octingentorum florenorum pecuniae monetae Polonicae facta ratione non solutionis eiusdem summae per tempus in inscriptione assignatum neque intentionis in eadem summa in medietatem villae Poluatiche admissionem immo impugnationem succubit, intentat et in quocumque gradu et puncto iuris consistens non prosequi nec continuare, neque etiam novam causam et causas ad eandem inscriptionem ex quacumque causa et ratione instituere hinc ad festum Conversionis Sancti Pauli proxime venturum et hoc sub vadio quadringentorum florenorum pecuniae monetae Polonicae in casu non completionis praemissorum per ipsum Lucam Orzel, tam in toto quam in parte eidem Joanni Bieikowski Dapifero totus quotiens ipsi opus fuerit et necessitas exposcerit et quotiens praefatam inscriptionem et obligationem suam tam in toto quam in parte infringerit sub tumbo. Praeterea idem Lucas Orzel ratione summae praefatae octingentorum florenorum pecuniae monetae Polonicae ac ratione vadiorum in inscriptione originali apposita eiusque omnium contentorum et aliarum omnium singularum pecuniarum etiam non inscriptarum tam ratione omnium et singularum iniuriarum damnorumque utrinque tam ab ipso Dapifero habitarum et sibi quomodolibet illatarum quam et harum omnium pro quibus praefatus Joannes Bieikowski eiusdem Lucae Orzel inculpaverit, similiterque ab eo pro quacumque re et iniuria inculpatus fuerit quibuscumque nominibus vocitentur nullis penitus exceptis et exclusis recedendum hinc coram publico cui subest elegit et deputat assignatque sibi iudices compromissarios videlicet generosos Valentinum Orzechowski iudicem terrae Premisliensis et Bartholomaeum Jassienski, si vero ipsi duo in ferendo decreto et decretis discordes fuerint extunc ultimo superarbitrum et iudicem compromissarium Magnificum Joannem Fredro de Plessowicze Castellanum Sanocensem inscribendum et obligandum se praefatus Lucas Orzel in et super bonis suis omnibus suprascriptis et memoratis